DISSERTATIO CHIRVRGICO-MEDICA,
DE
PVNCTVRA VESICÆ VRINARIÆ
IN
ISCHVRIA VESICALI,
ADHIBENDA
QVAM
FAVENTE SVMMO NVMINE,
IN ALMA ACADEMIA MARBVRGENSI
EX AVTHORITATE ET CONSENSV
GRATIOSÆ ET AMPLISSIMÆ
FACVLTATIS MEDICÆ
Pro *LICENTIA*
PRIVILEGIA ET HONORES DOCTORALES
IMPETRANDI,
MAGNIFICI SENATVS ACADEMICI
DISQVISITIONI
PVBLICE SVBMITTIT
DIE XXX. JVL. CIↃ IↃ CCXXVII.
H. Lque CONSVET.

HERMANN. PET. MEYER,
Helvetio-Bernensis.

MARBVRGI CATTORVM,
Typis PHILIPPI CASIMIRI MüLLERI, Acad. Typogr.

SERENISSIMO AC CELSISSIMO
DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO,
HASSIÆ LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIÆ, COMITI
CATTIMELIBOCI, DECIÆ, ZIEGEN-
HAINÆ, NIDDÆ ET SCHAVM-
BVRGI, &c. &c.

JVVENTVTIS MAGNO
PRINCIPI,

ACADEMIÆ MARBVRGENSIS
RECTORI
MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM

PIO ET HVMILLIMO OBSEQVIO

D. D. D.

AVTHOR.

PROEMIVM.

CORpus Humanum eſt compoſitio ex ſolidis & fluidis, Solida ſi ſunt recte conformata, & officio ſuo rite funguntur; ſique fluida bonam craſin habent, ac ſine obſtaculo per ſolida transpelluntur adeſt *ſanitas*, theſaurus pretioſiſſimus: ſin autem ſolida in prima ſtatim formatione non perfecte delineata, aut caſu aliquo depravata ſunt; fluidaque ſi in mixtione ſua ſunt perturbata, ſive re aliqua obſtante, per ſolida legitimo modo non poſſunt transpelli, in ſcenam producitur *Morbus*, malum intolerabile. Ex ſolidis componuntur vaſa & viſcera fluida in ſe continentia; quorum unum præ alio nobilius, & ad vitam magis neceſſarium exiſtit. Quo magis ad vitam

neceſſarium eſt viſcus aut vas quoddam, eo magis eſt conſervandum, ab injuriis imminentibus defendendum, & ab illatis liberandum. Inter viſcera ad vitam neceſſaria non infimum locum obtinet *Veſica Urinaria*, humorem a ſanguine per Renes ſecretum, intraque ſe receptum neceſſario excernens, Hæc excretio, ſi impeditur vel plane ſupprimitur, nullumque auxilium adfertur, tota Machina per vitium unius hujus partis certam plenariamque deſtructionem incurrit. Si igitur totum conſervare placet, parti, interitum alias minitanti eſt proſpiciendum. Hæc ego cum mecum pervolverem, operæ pretium duxi oſtendere, quomodo illi ſtatui Veſicæ præternaturali, quæ ſuppreſſio Urinæ ſive Iſchuria veſicalis nominatur, per *Puncturam Veſicæ urinariæ* ſuccurri poſſit. Firmus in propoſito ut manſerim, plurimum contribuit *reminiſcentia Parentis*, ſub cineribus adhuc *colendi*. Qui olim Diſſertationem de *Lithotomia* typis commiſit. Cum igitur Methodus ſanitatem reſtituendi in *Lithotomia* uſitata maximam partem conveniat cum illa in Punctione Ve-

ne Veſicæ urinariæ uſitata, *Parentis B.* veſtigia ſequi volui. Acceſſit & hoc, quod Celeberr. & Experientiſſ. D. D. NEBELIVS mihi olim commendaverit hanc ipſam materiam ſuſcipere & pertractare, cumque in finem etiam tractatulum ultimis paginis annexum mecum communicaverit. His duobus incitamentis impulſus omnes nervos intendi, & contuli, quod potui, ad opuſculum hocce conſtruendum. Num autem fine meo potitus ſim, nec ne, id aliis dijudicandum relinquo. DEVS interim *Conditor omnium bonarum artium* faxit, ut inter mortales aliquem uſum habeat.

THES. I.

INter alios modos in Iſchuria veſicali auxilium ferendi, maximi eſt momenti *Punctura Veſicæ urinariæ*; quæ eſt Operatio Chirurgica, in qua inciſio ad Veſicam urinariam continuans, ac illam perforans, in Perinæo aut ſupra os Pubis inſtituitur ad egreſſum conciliandum Urinæ, ob varias retentæ cauſas, quæ alio modo removeri non potuerunt.

THES. II.

Cauſæ, quæ neceſſitatem inferunt, hanc *Apertu-*

ram inſtituendi, ſunt vel (1) in Veſica urinaria, vel (2) externe circa collum Veſicæ, vel (3) in Urethra. Quoad primum; Veſicæ interdum tunica muſculoſa Paralyſi afficitur, uti poteſt vid. in NENTERI *fundam. Med. Theor. Pract. pag.* 221. Quæ provenire poteſt a caſu ab alto; vel a nimia refrigeratione regionis Veſicæ; ſive a potu opii aut etiam a conſenſu partium inferiorum Paralyſi affectarum, qualequid a MEIBOMIO obſervatum fuit. Inflammatio colli Veſicæ pro cauſa ſuppreſſionis urinæ graviſſima profertur a Celeb. Dn. HEISTERO *in Chirurgia pag.* 723. & DIONIS *Cours d' Operat p.* 145. Scirrhum poſt inflammationem relictum & collo Veſicæ adhærentem, annotavit FAB. HILDANVS *cent.* 2. *obſ.* 65. Fungus circa collum veſicæ locatus pro cauſa urinæ excretionem ſupprimente a TOLETO indicatur, *pag.* 133, *Traite de Lithot.* Sphincter Veſicæ ſpaſtice conſtrictus urinæ ſuppreſſionem producit, vid. NENTERVS *fund. Med. Theoret. Pract. pag.* 220. Sphincterem Veſicæ inflammatum, Iſchuriam exitialem producere, Author eſt Dn. HEISTERVS *in Chirurg. pag.* 723. Et ſphincterem ſcirrho vel abſceſſu, vel alio quopiam affectu adeo tumidum fieri, ut prorſus meatum urinarium occludere poſſit, obſervationibus confirmatus aſſerit RIVERIVS *Pr. lib.* 14. *cap.* 8. Quoad ſecundum, cauſæ externæ, circa collum Veſicæ locatæ, ſunt Inflammatio Proſtatarum, qua adeo coarctatur meatus urinarius, ut prorſus nihil pertranſire queat; vid. DION. *l. c pag.* 145. Glandulas Proſtatas inflammatas, ac collum Veſicæ comprimentes obſervavit BARTOLINVS *Cent.* 4. *Epiſtol.* 6. Proſtatam nimis magnam & ſuppresſionem urinæ lethalem producentem a Dn. MORGAGNI obſervatam fuiſſe profert Experientiſſ. Dn. HEISTERVS

in

in *Chirurg. in 4to germ. edit. pag. 723.* Qui ibidem etiam affirmat, Intumeſcentiam ſubſtantiæ ſpongioſæ Urethræ urinam ſupprimere poſſe. Porro ſuppreſſionem urinæ maxime producunt urethra corrugata; Excreſcentiæ membranoſæ, ſenibus familiares, quæ neque urinæ exitum, neque Catheteri introitum concedunt; Calloſitas per totum urethræ ductum extenſa, vid. Dn. HEISTERI *Chirurg. pag. 723.* & DIONIS *Cours d' Operat.* Caruncula aut verrucæ ex præcedaneo ulcere aut alia cauſa enatæ urinæ excretionem vehementer impediunt, vid. RIVERIUS *cent. 1. obſerv. 81.*, & FORESTUS *lib. 25. obſ. 10.* Quamquam Caruncularum exiſtentiam Excell. Dn. BRUNNERUM una cum DIONE negare perhibent DD. HEISTERUS & JUNCKERUS. Quorum Prior in Chirurgia ſua ſequentia habet: Der Chur-Pfältziſche Leib-Medicus Herr von Brunn „ und Dionis verwerffen dieſe bißher gehabte Meynung „ und ſagen/ daß ſie bey Eröffnung ſolcher Leute nach „ dem Todt an ſtatt einer Auswachſung nur eine ſtar- „ cke Narbe gefunden hätten / und daß das Auff- „ ſchwellen der ſchwammichten ſubſtantz des Harn- „ gangs dieſe Zufälle verurſachete pag. 692. ſequuntur „ verba Dn. JUNCKERI: „ Non deſunt tamen, qui tales „ excreſcentias in dubium vocant; Eminet inter hos „ Brunnerus, Qui in cadaveribus loco caruncularum „ magnam cicatricem detexit. Quocunque autem mo- „ do res ſe habeat, eadem methodo Diſſentientes affe- „ ctum tractant, in *Conſpect. Chirurg. Tab. XCVII. nro. 11, 2, 3.*

THES. III.

An cauſa, Iſchuriam veſicalem efficiens, hæreat in veſica urinaria, an vero in Urethra, ſic cognoſcitur. Si

in Veſica, Catheter ſine difficultate inducitur, ac urina, ſi manu comprimitur ſacculus urinarius, effluit. Urethra vero impedit lotii egreſſum, ſi Catheter per Urethram non poteſt intromitti, vel ſaltem magna cum difficultate, ſique compreſſionem Veſicæ nulla laticis urinoſi ſequitur excretio. Paralyſeos Veſicæ ſignum eſt tumor veſicæ absque ullo dolore, & præceſſerunt, vel nimia refrigeratio regionis Veſicæ, vel caſus ab alto, vel aliæ cauſæ. Si ab Inflammatione orta eſt ſuppreſſio urinæ, adeſt dolor acutus, æſtuans, lancinans, cum ſiti, vigiliis, calore corporis. vid NENTERVS *fundam. Med. Theor. Pract. pag. 220.* & JVNCKERVS *Tab. LXXVIII. num. III.* d. Scirrhum collum veſicæ prementem anteceſſerunt, Inflammationes, alias ſcirrhus cognitu difficilis eſt, niſi cathetere immiſſo, vel poſt factam aperturam cognoſcatur, ſic etiam cognoſcitur Fungus ſpecillo per aperturam immiſſo, vel ex iis, quæ una cum urina excernuntur. vid. TOLETI *Traite de Lithotom. pag. 142.* Sphincter Veſicæ inflammatus alia ſigna inflammationis habet communia. Sphincter Veſicæ ſpaſtice conſtrictus judicatur ex dolore admodum ſenſibili circa radicem urethræ verſante, rupturam veluti minitante, ac Catheter ſphincterem ſine ejuſdem dilaceratione non poteſt ſuperare. Sphincter veſicæ ſcirrho obſeſſus exiſtimatur, ſi tumor, ſine dolore plerumque, durus in ejus regione ſentitur. In Inflammatione Proſtatarum etiam adſunt ſigna jam ſupra in ſphincteris inflammatione dicta, dolor nempe acutus, æſtuans, punctorius circa regionem harum glandularum, & quæ ſunt alia Inflammationis ſigna. Proſtata nimis magna, digitis in inteſtinum rectum misſis poteſt inquiri. Intumeſcentia ſubſtantiæ ſpongioſæ Urethræ;

Callo-

Calloſitas per totam Urethram extenſa prorſus fere Catheteris adhibitionem reſpuunt; & inter ſe ratione duritiei, in Calloſitate præſentis, diſtingui poſſunt. Calloſitatem anteſverunt ulcera & cicatrices, Teſte DIONE. *Cours d' Operat. pag. 143.* Urethra corrugata & excreſcentiæ membranoſæ Senibus plerumque obtingere ſolent, & ex obſtaculis ac rugis per Catheterem deprehendendis, præſentes judicantur. Caruncula noſcitur, ex antecedente Gonorrhæa virulenta vel ulcere in Urethra; ex urinæ excretione paulatim usque plenariam obſtructionem diminuta, ex immiſſione Catheteris vel Cereoli ad reſiſtentiam usque vid. Dn. HEISTERI. *Chirurg. pag. 692.*

THESES IV.

Apertura Veſicæ urinariæ ſummæ eſt neceſſitatis (1) quoniam conſummata Iſchuria eſt malum periculoſiſſimum, *ſicuti omnes Authores teſtantur.* Niſi enim ante ſeptimum diem urinam excernant Ægro-„ ti, ut plurimum febris inflammatoria, quam Gan „ græna & Sphacelus ſequuntur, eosdem jugulat. Su-„ perveniunt etiam nonnunquam Convulſiones mortis in-„ ſtantis indices. Non raro in Hydropem degenerat.„ Nonnunquam etiam ſoporem affert & Apoplexiam. In„ primis Iſchuria a Veſicæ Paralyſi producta periculoſiſ„ ſima & ut plurimum lethalis, ut recte docet: NENTHERUS„ *fundament. Med. Theoret. Pract. pag. 221. 222.* Ab eo„ non diſſentit Dn. JUNCKERUS ita dicens: Iſchuria longe„ periculoſior exiſtit, maxime ſi jam per aliquot dies dura-„ verit ante ſeptimum autem diem niſi tollatur Febris in-„ flammatoria accedit, quam præceps ſæpe mors cum ſin-„ gultu & convulſionibus excipiunt. In *Conſpect. Medi-*„

„ *cin.*

„cin. *Theor. Pract. Tab. LXXVIII. num. VI.* Ut & Wu-
„CHERER cujus in *Semiotica ſpeciali* hæc ſunt verba. In-
„ter vitia Urinæ, Iſchuria eſt graviſſimum, ſi enim reme-
„diis adhibitis non obediat, adeoque diutius duret, fune-
„ſtum ſolet habere eventum, propter continuum enim
„atque perpetuum Urinæ affluxum, oriuntur in Iſchuria
„Veſicali motus convulſivi, lethales, quod fieri ſolet poſt
„ſextum, ſeptimum diem, pro diverſitate ætatis, conſtitu-
„tionis, aliarumque circumſtantiarum. A nimia Veſicæ
„expanſione & atonia propter diuturnam ab Urina exten-
„ſionem ſi proveniat feliciter quandoque curatur. Ab in-
„flammatione ſi oriatur Gangrænam & Sphacelum haud
„raro poſt ſe trahit lethali cum eventu *pag. 115.* Hæc le-
„guntur in TOLETI *Traite de Lithotom.* Le malade ne-
„peut pas ſoufrir pendant pluſieurs jours la ſuppresſion ſans
„etre fort affoibly & en danger. *pag. 136.* Tale progno-
„ſticon invenitur in Dn. HEISTERI *Chirurg.* Bey Ver-
„ſtopffung des Urins: als durch welche bald groſſe
„Schmertzen / Entzündung der Blaſen / Convulſio-
„nes, und der Tod ſelbſten können verurſachet werden /
„wann man nicht bey Zeiten demſelben einen Ausgang
„macht / *pag. 689.*

THESIS V.

Summæ eſt neceſſitatis [2] hæc Punctura Veſicæ urinariæ, cum nullum aliud remedium, nec Catheteriſmus amplius locum habere poſſunt. Impoſſibilitatem autem applicandi Gatheterem interdum experientiſſimi Chirurgi experiuntur. Apud Dn. HEISTERUM hac de re ſequentia verba leguntur: „Derhalben in allen ſolchen Zufällen /
„wo man den Urin weder mit Medicamenten / noch
„mit dem Catheter kan fortbringen / iſt nöthig ſolches

durch

durch eine andere operation werckſtellig zu machen / „
weil ſonſten der Patient ſterben müſte: *in Chirurg* „
pag. 723. & apud CLERC ſequentia inveniuntur: Dieſe „
operation verrichtet man / wann der Urin nicht fort „
will / da die inflammation ſo groß iſt / daß man den „
Sucher (Catheter) nicht einmahl hinein bringen kan. „
in Chirurg. germ. interpretat. pag. 318. Quæ cum ita ſint, *Punctura Veſicæ Urinariæ* ſine ullo temporis diſpendio, in ſubſidium vocanda eſt, priusquam vires deficiant; Inflammatio major accedat; pulſus fere plane intermittat; extremitates corporis algidæ ſint, & alia ſymptomata mortem inſtantem indicantia ſuperveniant.

THES. VI.

In *Punctura Veſicæ* facienda tria conſideranda veniunt. Quid (1) ante Operationem. Quid (2) in Operatione. Quid (3) poſt Operationem agendum ſit. Ante Operationem porro ſunt obſervanda (1) Methodus, ſecundum quam *Punctura Veſicæ* commodiſſime inſtitui poteſt. (2) Inſtrumenta, quæ bene præparata & in debito ordine debent eſſe poſita. (3) Situs commodus & juſtus Ægroti. (4) Præparatio aliqua, quæ tali modo poſſit eſſe comparata: ſi mora permitteret, Venæ ſectio die uno vel altero antea, Plethora præſente, poſſet adminiſtrari. Ad Inteſtina depuranda mane Clyſter deberet adhiberi. Ad vires reſuſcillandas Juſculum reficiens; aut vinum commixtum pane, paſſulis minoribus, & ſaccharo exhibendum eſſet.

THES. VII.

Lithotomia & *Punctura Veſicæ urinariæ* maximam partem ratione Methodi operandi, analogiam inter ſe habent, propterea que Methodi in *Punctura Veſicæ urinariæ*

nariæ

nariæ adhibendæ, ſecundum Methodos in *Lithotomia* uſitatas dividuntur, harumque quatuor hoc noſtro ævo numerantur. Prima vocatur *Methodus Celſi*, item *Methodus cum parvo apparatu*, Gall. *Le petit appareil*; ob pauciora inſtrumenta neceſſaria ita nominata, hodie non tam uſitata, interim antiquiſſima, duo enim annorum millia exſuperat. Secunda *Methodus cum magno apparatu*, Gall. *Le Grand appareil*, ob majorem numerum inſtrumentorum adhibendorum ſic vocata, ante ducentos circiter annos primum in uſum tracta a MARIANO SANCTO, diſcipulo JOH. DE ROMANIS, poſſet & hæc *Methodus*, ratione prioris, *nova* appellari. Tertia, *Methodus Franconica*, *Methodus cum apparatu alto*, Gall. *Le Haut appareil*, nominatur, cujus primus eſt Author PETRVS FRANCK, Chirurgus Loſanienſis, duo ante ſecula prima vice tali modo *Lithotomiam* inſtituens, ita dicta ob Veſicam in ſumma ejus parte inciſam. Reſtat & Quarta Methodus, qua Monachus Gallus, JACQVE DE BEAVLIEV, ante triginta circiter annos in *Lithotomia* ſua uſus fuit, unde etiam ſequens denominatio venit, *Methodus Fratris Jacobi*. Secundum has Methodos in *Lithotomia* uſitatas etiam nominantur Methodi in *Punctura Veſicæ urinariæ*, adminiſtrandæ. v. gr. *Methodus ſecundum parvum apparatum*, *Methodus ſecundum magnum apparatum* &c.

THES. VIII.

Pro Methodo electa variant etiam inſtrumenta. *In Methodo ſecundum parvum apparatum* requiruntur ſcalpellus, duplicem aciem habens, ad longitudinem quatuor aut quinque pollicum; ſpecillum ſive ſtylus, Gall. *une Sonde*, non nimis debilis, rectus ac aptus; Cannula,

quæ

quæ optime ex argento conficitur, quatuor digitos tranſverſos æquans, duo orificia diverſæ magnitudinis, & duos annulos ad majus orificium poſitos habens, per quos tænia aut filum fortius longitudine ſesquiulnæ tranſit. Capacitas culmo poteſt eſſe ſimilis. Ad orificium Cannulæ obturandum neceſſaria eſt Turundula ex linteo confecta, & proportionata. In *Methodo ſecundum apparatum magnum* Inſtrumenta uſualia ſunt Catheter in dorſo ſtriatus, ſulcatus; Scalpellus anceps; Cannula argentea modo deſcripta; Conductor Hildani, Gall. *Gorgeret*, vel in ejus defectu, Cochlear peculiare, Gallis *Bouton* nominatum, & ſi hoc deeſſet, ſpecillum aut ſtylus robuſtior ſufficeret. Horum, & paulo ante memoratorum Inſtrumentorum, figuræ delineatæ videri poſſunt in Dionis *Cours d' Operat. Tab. XIII. fig. E G. H. O. S.* In *Methodo ſecundum apparatum altum*, ſufficiunt Lanceola, ſive ſcalpellus; ſtylus; Cannula argentea aliquomodo incurvata. Aut eorum locum ſupplet etiam *Trocar* conſtans ex Cannula acu inſtructa rotunda, vel tricuſpidali. Trocar acum tricuſpidalem habens videri poteſt in Chirurg. Dn. Heisteri *Tab. IV. fig. 12. 13. 14.* Si ſecundum *Methodum Fratris Jacobi* operatio inſtituitur commodiſſime uſurpatur Trocar Toleti, cujus deſcriptionem cum Authore talem facio: Poteſt ex quocunque metallo confici hoc inſtrumentum *Trocar* dictum, argentum tamen aptiſſimum videtur, ſi modo cuſpis eſt chalybeata. Longitudinem habet ſeptem vel octo pollicum ob commodiorem uſum. Craſſities æqualis eſt calamo ſcriptorio. In una extremitatum, cuſpis eſt pyramidalis & triangularis, hæc Pyramis præterpropter digitum transverſum longitudine æquat. Ab hujus Pyramidis baſi incipit ſulcus aut ſtria, ad alteram extremi-

tremitatem usque continuans, in quam quadrat ſtylus, ejuſdem cum Trocar longitudinis ac craſſitiei, mediante quo Cannula, conicæ figuræ, in Veſicam immittitur, quæ duos annulos, aut pileolum duobus foraminibus parvis perforatum habet, per quos filum fortius vel aliud ligamentum tranſit. Hæc Cannula paululum eſt incurvata ſi ſecundum *apparatum altum* adhibetur, alias eſt recta. Longitudo inciſionis, acu pyramidali factæ, poſſet eſſe circumferentia orificii Cannulæ, ſic enim introitus facilior eſſet, & nihil præter partes jam diſſectas dilaceraretur. Peculiare quid hujus Trocar eſt, quòd, ſimulac principium ejus Veſicam penetravit; ſtatim etiam lotium per ſulcum prorumpat, ſicque ulterior Veſicæ læſio non tam facile metuenda ſit. Totius hujus inſtrumenti delineationem belle tradit Author, *Traite de la Lithotom. pag. 144.* Ut Cannula in Veſica urinaria immiſſa relinqui poſſit, requiruntur Turundula, ex linteo confecta ad ejus orificium obſtruendum; Faſcia T duplex, quæ quatuor capita habet, quorum duo ſuperiora abdomini applicata cingulum conſtituunt, ad cujus medium filis alligata ſunt duo altera capita, quæ poſterius inter crura in forma π verſus ſcrotum ducuntur & anterius cum cingulo connectuntur. Hæc faſcia cum alia combinatur, quæ Scapularis dicitur, quæque ab uno extremo ad dimidiam usque partem diviſa eſt, aut foramen in medio pro Capitis egreſſu habet; non diviſa pars in poſteriore parte, ſive dorſo, diviſiones vero in anteriore parte cum Faſcia, corpus circumdante, filis nectuntur. In *Methodo ſecundum apparatum altum* requiritur Faſcia ſcapularis cum Illa, quæ Gallis Serviette audit, ulnæ unius & ſemis, & pro ratione ætatis, & ſtaturæ, plus minus longitudine eſt & ea latitudine, ut

poſt

poſt complicationem quater vel quinquies factam, duos palmos æquet. Faſcia hæc cum ſupra deſcripta ſcapulari adunata applicatur. Vulneri conſolidando inſerviunt linteum carptum; Turundæ; Balſamum Vulnerarium, quod ex Eſſent. Succin. Eſſent. Myrrh. & pauxillo ~ Terebinthin. confici poteſt. Splenia; Emplaſtra, loco convenientia; Faſcia T. duplex cum Scapulari; Faſcia Scapularis conjuncta cum illa faſcia, quæ Gall. Serviette dicitur. Ante operationem apponuntur vaſa quædam aqua calida, oleo repleta, ad manus a ſordibus depurandas, ad inſtrumenta ante immiſſionem intingenda, & ad ſanguinem cæterasque ſordes excipiendas.

THES. IX.

Situs Ægroti, uti in *Lithotomia*, ſit conſtitutus; vel in tabula huic operationi uſitata, vel in tabula ordinaria, cui ſella inverſa eſt impoſita & cui pulvinaria & linteamenta ſunt ſuperſtrata. Æger natibus tabulæ marginem attingat; luci oppoſitus ſit locatus, dorſumque reclinet verſus aſſerem erectum, aut ſellam inverſam; calces habeant contactum cum natibus, genua dilatentur; manus vinculis cum genu & pedibus exterius ligentur, ne Æger extra ſitum neceſſarium dimovere corpus poſſit: Requiruntur etiam ad hoc & ad alia tres, quatuor, vel plures miniſtri. Talem ſitum figuris delineare curavit TOLETVS Tab. II. *Trait. de la Lithotom.* ita etiam Dn. HEISTERVS *in ſua Chirurgia* ſitum ſuſtinentis Lithotomiam oſtendit. Tab. XXII. fig. 5. Si operatio ſupra os Pubis inſtituitur, Ægrotus ſupra culcitram collocatur, & a quibusdam miniſtris in ſitu neceſſario continetur.

THES. X.

Methodo electa, Ægroto convenienter locato, In-

ſtrumentis rite præparatis & bene ordinatis, ad actum ipſius operationis eſt pergendum. Et quidem, ſi ſecundum *apparatum magnum inſtituitur*; primum ſublevatur Scrotum, Catheter ſulcatus in Veſicam urinariam ſine impetu immittitur; ſiniſtrorſum paululum inclinatur, tum ab Operatore ipſo, vel alio tenetur; ſcalpello fit inciſio in loco, quo alias in Lithotomia inciſio inſtituitur, nempe paululum ſiniſtrorſum a medio Perinæi, per Cutim, Pinguedinem recta verſus Veſicam & verſus ſtriam Catheteris, in Veſica exiſtentis: ubi in primis cavendum eſt ne hæc inciſio ſit nimis magna, & ne nimis deorſum tendat. Per ſulcum ſive ſtriam (Gall. canelure) Catheteris, *Conductor Hildani*, prius oleo intinctus in Veſicam urinariam promovetur. Dein Catheter provide retrahitur, *Conductor Hildani* una manu tenetur, altera ſumitur Cannula ſupra indicata, oleo imbuta, & per excavatam partem Conductoris in Veſicam urinariam inducitur. In hujus Conductoris defectu Cannula mediante inſtrumento, Gall. *Bouton* dicto, intromitti poſſet, vel etiam mediante ſtylo juxta latus ſcalpelli introducto, qui viam Cannulæ immittendæ monſtraret. Urina evacuata, orificium Cannulæ Turundula proportionata occluditur, ac ne Cannula excidat, filo fortiori, quod ejuſdem annulos tranſit, & ad Faſciam corpus circumdantem firmatur. Urina per Cannulam vel juxta eandem paulatim exſtillans impoſitis ſpleniis, Emplaſtris, quæ Faſciis firma tenentur, impeditur. Quoties urinæ denuo accumulatæ, ſuſpicio adeſt; eamque emittendi neceſſitas urget, toties turundula eximitur, poſteaque iterum in priſtinum locum reponitur.

THES.

THES. XI.

Si ſchirrhus, callus vel quæcunque, excepta in flammatione vehementiore, aliæ cauſæ Catheteris immiſſionem prorſus non permittunt, *Punctura Veſicæ urinariæ* ſecundum *apparatum parvum* fieri poteſt. Intromittitur Scalpellus anceps recta verſus Veſicam, etiam in loco Lithotomiæ conſueto, ejus ingreſſum in Veſicam indicat urina ad ſcalpelli latera effluens, ſcalpellus manu ſiniſtra retrahitur dum manu dextra ſtylus juxta ſcalpelli latus inducitur, cujus fini extra Veſicam exiſtenti, initium ſeu orificium Cannulæ minus applicatur, & ſic ſuper ſtylum Cannula in Veſicam urinariam infertur; & quoad cætera, uti modo dictum, agendum eſt.

THES. XII.

Puncturam Veſicæ ſecundum apparatum altum peragere anſam dedit PETRUS FRANCK, qui primus in regione Veſicæ ſuprema inciſionem inſtituit pro Calculo extrahendo, quæ res poſtea Viris, in arte Chirurgica optime verſatis, occaſionem dedit, ut in hac Veſicæ urinariæ regione etiam in aliis Veſicæ affectibus, inciſionem tentarent: ſic ut minime dubitemus, eam in confirmata, & nullis aliis auxiliis ſuperanda Iſchuria locum habere poſſe. Inſtrumentum, quo hæc operatio communiter peragitur Trocar vocatur. Hòc proxime ſupra juncturam oſſium Pubis ad finem lineæ albæ inter capita muſculorum rectorum, & inter muſculos pyramidales per Cutim, Pinguedinem & Peritonæum in fundum Veſicæ adigitur. Ante operationem poſſent duo digiti oleo intincti in inteſtinum rectum immitti, qui loco conductoris viam ad Veſicam eo melius monſtrarent. Pertuſo veſicæ fundo, acus, qui in hujus inſtrumenti continetur medio, extrahitur,

hitur, ut per cavitatem inſtrumenti urina exire queat; qua emiſſa, Cannula relinquitur, filisque ad faſciam alligatur, orificium Cannulæ Turundula adaptata munitur, ac cæteris, nempe Faſcia Scapulari, & illa ſimul quæ Gallis Serviette audit, confirmatur. Hoc modo Dn. Mery Pariſiis hanc operationem ſæpius tractaſſe bono cum ſucceſſu, Author eſt Celeber. Heistervs in *Chirurg. pag* 725.

THES. XIII.

Licet Methodus modo dicta, boni ſucceſſus teſtimonium habeat, attamen palmam & huic & aliis præripere mihi videtur ille procedendi modus, quo Trocar Toleti in ea regione Perinæi, quam perforare in ſua Lithotomia pro conſuetudine habuit Frater Jacobvs, per Cutim & Pinguedinem verſus Veſicam immittitur; in diſtantia nempe duorum digitorum a medio ſuturæ Perinæi ſiniſtrorſum. Hujus aſſerti teſtes mihi ſunt Verdvc *Qui aperturam in Perinæo factam optimam cenſet, eam vero in fundo Veſicæ peractam minus probat.* vid. ejuſdem *Operat. de la Chirurgie.* pag. 45. Et apud Dn. Jvnckervm „ ſequentia verba leguntur: optima methodus eſt, ut in„ ciſio in illo loco fiat, quo Frat. Jacobvs Lithotomiam „ inſtituere commendavit. *In Conſpect. Chirurg. pag.* 674. Toletvs uſum ſui inſtrumenti his verbis docet: „ Pour ſe ſervir de ces trois inſtrumens, on éleve les „ bourſes, aprés avoir ſitué le malade ainſi, que l'on a „ dit, ayant remarqué le lieu où l'on doit faire la pon„ ction dans le Perinée au côté du raphé, on pouſſe le „ trocart, & baiſſant le bout par où on le tient, la can„ nelure deſſus, on continuë de pouſſer la pyramide vers „ le corps de la veſſie, qui eſt fort tenduë, & que l'on

ouvre ſans peine pour cette raiſon, Auſi toſt que le „ Trocart eſt dedans, l' urine coule par la canelure, & „ on prend le ſtilet que l' on conduit dans la veſſie par la „ meme canelure, enſuite on retire le Trocart, au lieu „ duquel, tenant d'une main le ſtilet, on prend la canule „ montée & dans ſa cavité on fait paſſer le ſtilet, le long „ duquel on l'a fait gliſſer. Quand la canule eſt proche „ le perinée, on prend le ſtilet par ſon extremité & en „ même temps on conduit la canule dans la Veſſie. On „ connoit qu'elle y eſt introduite, lorsque l'urine ſort par ſa „ cavité: Pour lors on retire le ſtilet, on laiſſe vuider au- „ tant d'urine, qu'on le juge à propos, & on fait le reſte „ comme de l'autre maniere dite le grand appareil. Ce „ trocart a cecy de particulier, qu' auſi toſt, que l'extre „ mité de la canelure eſt dans le lieu où ſont les eaux, el- „ les coulent, ſans qu'on doive craindre d'eſtre trop avant. „ *Traite de la Lithotom.* pag. 145 146. Uti in præcedentibus operationibus ſic etiam in hac, Cannula in vulnere manet relicta, ad Faſciam firmatur, orificium ejus Turundula obſtruitur, quæ ad cauſarum plenariam usque ſublationem, quotiescunque urget urinam emittendi neceſſitas extrahitur, & iterum immittitur.

THES. XIV.

Peracta Operatione propinari poteſt Emulſio roborans ac ſuavem ſomnum inducens ex Amygd. dulc. excort., Sem. Papar. alb., Aq. flor. Til., Scorzon. Rub. Id., Cinam. Bugloſſ. &c. confecta. Decoctum hordei Syrupo Acetos. Citr. ſiv. Syrup. Rub. Id. acceptius redditum inſerviat pro potu ordinario, abſente calore præternaturali concedatur etiam Cereviſia diluta & bene depurata. Evidentur Calidiora. Locus, ſi poſſibile, ſit temperatus. Dehinc ſublato periculo, quod præſentaneum ex retenta urina metuen-

tuendum erat, ad tollendas cauſſas, quæ Iſchuriam Veſicalem produxerunt, curatio ulterior dirigenda eſt. Si Caruncula urinæ tranſitum occluſerit ſepticis tamdiu tractanda, donec eradicata ſit. Fungus nulla vi eſt evellendus, ſed ſi fieri poteſt, ſuppurationi committendus, ſive per injectiones detergentes externas conſumendus eſt: Interne plurimum efficiunt Eſſent. Lignor; Decoctum Lignor; Laxatio ſæpius repetita; Diæta ad leges adſtricta. In Sphinctere Veſicæ ſpaſtice conſtricto conducunt partem adſtrictam Relaxantia, Gelatinoſa, Diluentia, Emulſiva, Abſorbentia, Nitroſa, Cinnabarina, & quæcunque demum ſpecifica antiſpaſmodica dicuntur; & ſi conſtrictio hæc eſt ex motibus hæmorrhoidalibus exacerbatis, vel aberrantibus, ſanguinis per hirudines evacuatio, ex ipſis hæmorrhoidibus cœcis, vel earum ſede convenit. Inflammatio colli & ſpincteris Veſicæ, Proſtratarum; Urethræ; ipſiusque ſubſtantiæ ſpongioſæ Urethræ, quæ huc pertinere videtur; ſublevantur Reſolventibus, ſtaſin ſanguinis Diſcutientibus, ut ſunt Rad. Pimpinell. alb., Flores Bellid. minor., ſanguis Hirc. ppt., Lapid. ♋ cum acid. Citr. ſatur., ♁ diaphoret., Eſſent. Pimp. alb., Eſſent. Scord. Ad ſitim mitigandam Nitrum conducit, quod ſimul alvum aliquomodo movet. Ad dolores, ſi qui adſunt, compeſcendos adhibentur Emulſiones. Potus ordinarius ſit Decoct. Scorzoner. non frigidum, ſed potius tepidum, & in ſufficiente quantitate Deſideranti concedatur. Venæ ſectio, pro rerum circumſtantiis larga, eſt adhibenda; Clyſteres, & quidem emollientes ad alvum non ſolum expediendam, ſed & propter viciniam Loci affecti, inſigne hic præſtant levamen. Victus ſervetur utplurimum tenuis. Externe poſſunt applicari regioni Veſicæ, cæteriſque partibus inflammatis ſacculi confecti ex

Rad,

Rad. Irid. florent., Sigill. Salomon., Herb. Hyſſop., Sem. Cumin., Fœnicul., Florib. Chamæmel., Sambuc., Camphora &c. qui ſicci aut vino calido ejusve Spiritu imbuti eſſe poſſunt; Spirit. Vin. Camphor. Crocat. ut & Emplaſt. diaphoret. Mynſichti. In Paralyſi tunicæ Veſicæ muſculoſæ conveniunt, præmiſſis præmittendis, generoſiora nervina, inter quæ inſignis eſt mixtura tonica Stahl. ex ∽ C. C. & Ra ♀ri acri; & diaphoreſis, apto regimine pro rei neceſſitate continuata, ut ſub hac ſanguinis promoveatur motus & æquabilis ejuſdem diſtributio obtineatur, omnino neceſſaria eſt. Evacuationes ſanguinis conſuetæ ſuppreſſæ ſunt revocandæ; Si Plethorica conſtitutio adeſt, Venæ ſectio eſt adminiſtranda. Clyſteres aliquomodo ſtimulantes ſunt repetendi. Externe admoveantur fotus cum vino ejuſve ſpiritu parati, ex Rad. Angel., Valerian., Irid. florent., Hb. Salv., Roſmar., Flor. Lavend., Anthoſ, Chamæmel., Lilior convall., Sem. Cumin., Bacc. Lauri., Junip., &c. Uti & Spiritus formicar., Vini Camphorat. cum eſſentia Balſami Peruviani, caſtorei, ſuccini &c.

THES. XV.

Remotis cauſis, quæ removeri poſſunt; Cannula iterum eximitur, & vulnuſculum conſolidatur, quod fit per compreſſionem labiorum; per applicationem Balſami vulnerarii cum linteo carpto; per Splenia & Emplaſtra glutinantia, (Hefft-Pflaſter) figuram loco convenientem habentia, quæ Faſcia T duplici & ſcapulari firmantur. In Punctura ſupra os Pubis facta, labia vulnuſculi bene contrahuntur, Balſamus vulnerarius illinitur, Emplaſtrum glutinans imponitur, Turundæ, Splenia oblonga ad utrumque latus vulnuſculi applicantur, & hæc firma tenet Faſcia Scapularis cum altera Gall. Serviette dicta.

THES. XVI.

Cum cauſæ vero in malo penitus habituali auferri non poſſunt, relinquitur Cannula; ſunt autem ejuſmodi cauſæ: Excreſcentiæ membranoſæ in Urethra, vel ſi hæc ipſa adeo eſt corrugata, ut neque Catheteri introitum neque Lotio exitum concedat. Paralyſis, vel paralytica quaſi impotentia fibrarum veſicæ contractilium, quæ in Senibus non raro occurrit. Callus per totum Urethræ ductum extenſus. In his anguſtiis nulla alia via ſupereſt ad vitam per aliquot ſpatium protrahendam, quam ut aſſidue & continenter cannula in veſica urinaria relinquatur, & ne elabatur duobus filis aut ligulis anterius & poſterius ad cingulum, quod Faſcia, corpus circumambiens, conſtituit, firmatur. Majoris utcunque commoditatis cauſa, & ne urina moleſto ſtillicidio tædium pariat, poteſt cannulæ adfigi cochlea, aperienda vel concludenda, pro rei neceſſitate. Tales miſeram ſuam vitam ita degentes, officiisque ſuis fungentes vidit DIONIS; *Cours d' Operations, pag. 147.*

THES. XVII.

Obſervationes quædam & Cautelæ poſſunt addi ſequentes. Urina, non una vice ſed pro viribus Ægrotantis, eſt evacuanda ſecundum HIPPOCRATEM, Qui evacuationes repentinas noxias judicat. *Aphoriſm. LI. lib. 2. Aphoriſmor.* Febris vulneraria, ſi inſtaret, præcaveri debet Venæ ſectione, Clyſteribus, & remediis temperantibus. Febri vulnerariæ præſenti, die quinto, ſexto, calor, frigus, convulſiones ſupervenientes mortem præ foribus indicant. Inflammatio trium dierum ſpatio aut reſolvitur, aut ſuppuratur: quorum ſi neutrum rite fiat, in gangrænam & funeſtum ſphacelum abit. Si *Punctura Veſicæ* fœminini ſexus eſt neceſſaria, melius eſſet eam

inſti-

inſtituere ſupra os Pubis quam in Perinæo, quia hoc modo læſio Uteri evitatur. Si Punctura Veſicæ ſecundum apparatum altum inſtituitur, multa incommoda evitantur, neque enim ſphincter Veſicæ, neque veſiculæ ſeminales læduntur, neque Fiſtula in Perinæo remanet; Quamvis nec ipſa ſuis deſtituatur incommodis, ſecundum VERDUC. *Operat. de la Chirurg. pag. 45.* Fiſtula in Perinæo oboriens aufertur per exciſionem calli nondum adeo indurati, ſitu prius ut in *Punctura Veſicæ* obſervato; per adhibitionem Balſami vulnerarii; per Emplaſtra glutinantia, tenuiia, oblonga. Vulnus probe eſt contrahendum, ſplenia minoris latitudinis ad vulneris latera applicanda & omnia bene obliganda ſunt. Callus aptis ſepticis tractatur, inter quæ corroſivum Lunare, vel multo præſtantius ſolare, potiſſimum locum habent, eſt auferendus, quo facto, Eſchara digeſtivo ſeparari poteſt. Hac ſeparata, vulnus Balſamo vulneratio, & Emplaſtris glutinantibus ad ulteriorem conſolidationem promovendum eſt.

THES. XVIII.

Ita mihi videor uſum convenientem hujus Puncturæ Veſicæ urinariæ oſtendiſſe: Abuteretur autem ea quispiam ſi adhibere vellet, in iis urinæ ſuppreſſionibus, in quibus *Catheriſmus* adhuc locum habet, ex. gr. In Calculo Veſicæ, qui volubilis, tam facile orificium Cannulæ, quam Sphincteris obturare poſſet. Excipiatur autem calculus, qui ob ſuam magnitudinem non poteſt extrahi, in quo caſu, ſi ſupppreſſio urinæ præſens eſt, Punctura veſicæ urinariæ, & quidem ſupra os Pubis in fundo Veſicæ, eſt adhibenda. Abuteretur etiam hac operatione quispiam, ſi eam inſtituere vellet, in Urina nimis diu retenta, quo fit ut fibræ Veſicæ urinariæ adeo extendantur, ut ſe iterum contrahere non valeant, quarum tonus ta-

men, Urina evacuata per Catheteriſmum & aliis remediis convenientibus in auxilium vocatis, plerumque reſtituitur. Porro in Caruncula nondum inveterata, in qua perforatio, Cathetere robuſtiore facta, ſuſcipi poteſt. Et in aliis adhuc circumſtantiis pluribus.

THES. XIX.

Quod autem felix fauſtusque fuerit hujus *Punctionis Perinæi & Peritonæi* ſucceſſus confirmant & Celeberr. Dn. HEISTERUS ſequentibus: Daß ſolche nicht nur „ohne Gefahr geſchehen könne / es hat auch ſolche Mr. „Mery zu Paris mit gutem ſucceſſ verrichtet. *Chirurg.* „*pag. 724.* Et DIONIS: Comme j'enay vû pluſieurs, qui „en (Canule) ont porté jusqu'a leur mort. *Cours d'ope-* „*rat. pag. 147.* Et TOLETUS: La ſeconde maniere, qui „eſt en uſage eſt le grand appareil, comme je l'ay veû „pratiquer par des grands perſonnages, dont j'ay ſuivi la „methode. *Traite de la Lithotomie pag. 139.* Opinor autem ſi nullus alius felicis ſucceſſus, hujus operationis, mentionem fecerit, tamen tractatus a J. L. SABOURIN in lucem editus quam plurimum ad fidem procurandam contribueret, in quo duo homines diverſæ ætatis ab hoc morbo feliciter liberati in ſcenam producuntur. Huncce tractatum dignum æſtimavi, ne temporis progreſſu prorſus iterum evaneſcat, ut de novo Typis committeretur, & ut finem huic meo opuſculo qualicunque imponeret. Hæcce ſunt, quæ pro viribus conceſſis partim ex optimis Authoribus neotericis, partim ex propria meditatione deſumpta congeſſi: de quibus opto, ut in Proximi emolumentum cedant, tendantque ad

SUMMI NUMINIS GLORIAM.

Tracta-

Tractatus ſupra memorati titulus & tenor ſequens eſt.

DE LA

PONCTION AU PERINÉE DANS LES SUPPRESSIONS TOTALES D'URINE

Par JEAN-LOUÏS SABOURIN *Maître Chirurgien Juré* à GENEVE.

De l'Imprimerie de FABRI & BARRILOT 1719.

SI la Chirurgie, eſt la partie de la Medicine la plus ancienne; Elle eſt auſſi ſans conteſtation la plus évidente, & celle par conſequent dont l'homme tire de plus prompts ſecours. Un habile Chirurgien n'opère jamais a tatons; il a une idée nette & diſtincte de l'Operation qu'il fait, & le plus ſouvent il eſt aſſuré du ſuccez. Non ſeulement il entreprend les Operations uſitées, & qui ſont très-exactement décrites dans les Auteurs; mais encore, ſelon les cas & la nature des maux qui ſe preſentent, il en imagine des nouvelles; & par l'idée juſte qu'il s'en eſt formée, il les fait preſque auſſi hardiment & avec autant de ſuccez, que s'il les avoit faites pluſieurs fois.

Le Sieur Sabourin n'a garde de s'attribuer l'habilité dont on vient de parler; il avouë même que ce ſeroit à ſa part une grande préſomption de le faire; Mais il ſe flatte pourtant que les perſonnes déſintereſſées; celles qui ont à cœur le bien public, & en particulier Meſſieurs les Medecins & les Maîtres Chirurgiens, qui l'ont vû operer, dans le cas dont il eſt queſtion, lui rendront

la

la juſtice qui lui eſt dûë; & que, par une approbation unanime, ils feront ſentir au Public la néceſſité & les grands avantages de la *Ponction au Perinée* dans les ſuppreſſions totales d'urine.

Ce fût dans le mois d'Octobre de l'an. 1717 que le Sieur Sabourin, encuragé très fortement par Monſi ur ** D. M. fit pour la premiere fois cette *Operation* ſur un homme âgé de 69. ans; Et il n'y a que quelques ſemaines qu'il l'a encore faite ſur un autre, âgé de près de quatre-vingts ans, & qui a été ſondé une infinité de fois en ſa vie. Il a eu de ces deux Operations, tout le ſucces qu'on en pouvoit humainement eſperer.

Bien que la *Ponction au Perinée* ne ſoit pas une Operation nouvelle, & que quelques Auteurs en ayent parlé dans leurs Livres de Chirurgie; cependant elle parût toute extraordinaire à bien des gens, même du mêtier, quand le Sieur Sabourin entreprit de la faire la premiere fois: Mais ces mémes perſonnes furent fort ſurpriſes, lors qu'au bout de quatre ou cinq ſemaines, elles apprirent que le malade s'étoit tiré d'affaire, & qu'il avoit été, comme arraché à une mort prochaine & inévitable.

Si l'on ne doit faire l'*Operation*, qu'après avoir épuiſé tous les autres ſecours que la Medecine & la Chirurgie indiquent pour la gueriſon de cette dangereuſe maladie, & lors que la Sonde ne peut plus paſſer par *l'uretre* dans la veſſie, pour en faire ſortir l'urine: Il ne faut pas cependant attendre que le malade ſoit à l'extremité: Par exemple, qu'il ait perdu les forces; qu'il n'ait preſque plus de poux; & que les extremitez de ſon corps ſoient devenuës froides, ou qu'il ſoit ſurvenu un transport

port au cerveau. Il faut prendre ſon parti à propos, & ſe defaire de la prevention, où quelques perſonnes ſont, que *l'Operation* eſt cruelle & dangereuſe; Car elle n'eſt rien moins que telle; Elle eſt même faite en un inſtant: Et c'eſt une choſe merveilleuſe, de voir un malade, acablé des plus violentes douleurs, & dans un état deſeſperé, être ſoulagé ſur le champ par l'écoulement d'une quantité prodigieuſe d'urine.

Les cauſes qui empêchent, dans ces ſortes de cas, l'introduction de la Sonde dans la Veſſie, pour la vuider, ſont, ou une *inflammation* au col de la veſſie & aux *Proſtates*, laquelle gonfle tellement ces parties, qu'aucun Inſtrument ni aucune liqueur ne peuvent paſſer par l'*uretre*; ou des *calloſités* le long de ce canal, cauſées par des cicatrices, qui bouchent tout-à-fait le paſſage; ou enfin des *tumeurs*, ou quelques *productions membraneuſes*, qui ſe trouvent dans l'*uretre*; comme il arrive à de certains vieillards, en qui ce canal ſe pliſſe tellement, que ni l'urine ni la Sonde ne ſauroient paſſer, quelque effort que l'on faſſe. Mais de quelque cauſe que vienne la ſuppreſſion d'urine; dès que la veſſie eſt extraordinairement remplie & tenduë; qu'elle ne ſe peut point vuider; que le ſecours de la Sonde & des autres remedes eſt inutile, la *Ponction au Perinée* eſt abſolument neceſſaire; c'eſt l'unique reſſource, qui reſte pour ſauver le malade: Il n'y a pas là de milieu, il faut *piſſer* ou *mourir*.

Si les perſonnes, à qui l'on eſt obligé de faire l'*Operation*, ſont fort âgées, ou ſujettes à des ſuppreſſions d'urine; le Sieur Sabourin avertit qu'elles devront porter le reſte de leurs jours une canule; que la prudence

le demande: Mais que les gens moins âgés & plus vigoureux ne ſeront point expoſés à cet inconvenient, & qu'il fera cicatriſer la petite playe, dès que l'urine aura repris ſon cours par les voyes ordinaires.

De tous les Auteurs qui ont traitté de la *Ponction au Perinée* dans le cas en queſtion, il n'y en a point qui l'ait fait avec plus d'exactitude, & de connoiſſance de cauſe, que *François Tolet* Maître Chirurgien de Paris, dans ſon excellent Traité de la *Lithotomie*. Mais c'eſt une choſe étonnante, que ceux qui ont écrit après lui, ſur la même Operation, n'ayent fait aucune mention des Inſtrumens qu'il indique pour la faire, & qui ſont certainement les plus propres.

Le Sieur Sabourin a crû devoir communiquer au Public, le ſuccez de cette *Operation*, que l'on peut regarder comme nouvelle, parce qu'elle n'eſt preſque point en uſage. Le Public en fera le jugement & en tirera le parti, qu'il trouvera à propos. Mais quoi qu'il en ſoit, le Sieur Sabourin ſe flatte que les perſonnes qui lui feront l'honneur de l'employer, ſoit pour faire l'*Operation* en queſtion, ſoit pour *Sonder*, ſeront parfaitement contentes de ſa dextérité, de ſa patience & de ſa diligence: Qualitez, abſolument néceſſaires à un Chirurgien, qui veut exercer ſa profeſſion, avec honneur.

GRATVLATIONES VOTIVÆ.

Dum dies totos, vigilesque noctes,
Corpori ut vires animæque reddas,
Sedulo impendis, meritam coronam
Donat Hygea,
Perge, præclaros ſtimulos honoris
Inſequi, & lætas ſegetes laborum
Colliges, fructus ſtudii ſecundi,
Faxit Jova!

J. BOREL, D. & P.P.

MEYERE, in Medicis multum verſate periclis,
Quando ſuâ lauru cingit Tua tempora Apollo,
DOCTOREMqve novum Te noſtris exhibet oris,
Me, fateor, debere Tibi reſonabile metrum,
Quale Tuæ laudes ſummo cum jure merentur:
Aſt Heliconiades, quia plura negotia turbant,
Haud ita proclives mihi ſunt in verba ligata,
Vota tamen fundam: ſis felix DOCTOR in Arte!
Uſque ſalutares jubeat Deus eſſe medelas;
Sic MEDICUM quivis MEYERVM ſentiet æger.

Ita vovet ex animo

J. C. SANTOROC,

CUi fortuna favet, felici ſidere nato,
Pergit is optatis ad ſua vota viis:
Si quisnam ſtudia, ingenuas miratur & artes,
Nec tamen in clarium nititur ire nemus,
Non Parnaſſiacis turbabit is otia Muſis,
Non ſibi Phœbëas accumulabit opes,

Tu longe melius florentibus uteris annis,
Aonia melius tempus in arte locas,
Idcirco meritas Tibi præbet Apollo coronas,
Et Medicum ægrotis Te jubet eſſe probum.

Hæc adjiciebat integer Amicus & Commenſalis
S. S. WLOEM, J.U.L.

Prælia Mæonides Grajûm & certamina cantet,
Laudem MEYERI ſat ceciniſſe mihi
Morborum domuit rabiem, victricibus armis
Siqua fides, lauro hoc tempora cincta docent
Io victor ovans, meritos nunc tollis honores;
Lætor, & æternum ſic mea vota canent.

Hoc in ſingularis Amicitiæ ſignum cum voto omnigenæ proſperitatis addere voluit,
ADAM. IXSTATT, *Philoſ. Cand.*

Pharmaca non ſubito ſemper cum ferre medelam
Poſſunt urgentem; Tu velut enſe juvas.
Sic ſolenne etenim ſpecimen *Punctura Veſicæ*
Approbat hoc ipſum Dexteritatis opus.

Meritis honoribus Clariſſ. Dno Doctorando Amico ſuo Chariſſimo ita applaudit,
J. G. RAUCH, *Med. Ddus.*

MACHAONIADVM ſpes prodis, ſubdola caute
Morborum explorans conamina; fortius inſtas.
Enſe feris, ferrumque acuis, pax corpore toto.
Euge, δότε κρότον! Meritam Tibi carpe coronam
Vive diu Soſpes, namque eſt, Te Soſpite, ſoſpes,
Salvus & incolumis, qui prava labe laborat.

In ſinceræ amicitiæ τεκμήριον appoſuêre Gratulabundi
DN. J. G. THILEN, *M. Francof.* F. STVDER,
& A. WYTTENBACH, *Bernenſes Helvet.*